



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instrvctorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...**

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex  
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum  
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

**López, Luys**

**Lvgdvni, 1588**

Qui clerici, vel in quo casu non eximantur à tributis. Et an imponentes  
collectam derrama. nuncupatam inuoluantur censura cœnæ Domini. Cap.  
XLI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41259**

(Qui derici, vel in quo casu non eximantur à tributis. Et an  
totes per  
uo gaudi  
tradit  
cedis po  
territor  
st: inob  
memor  
xigi fac  
unt inco  
tur can  
n exhib  
t de tal  
el religi  
ubij fo  
minos  
s eas re  
bonar  
n suer  
issam se  
creat no  
nes, in  
person  
de imm  
nam ri  
unet  
io. La  
uandol  
impes  
nuet  
ndē dō  
t pro  
cum la  
ella fa  
geret  
porcu  
is sanis

per viua  
tores pe  
tradic  
cedis po  
territor  
emancip  
mentu  
xigi fac  
unt inco  
tur can  
n exhib  
t de tal  
el religi  
ubij fo  
minos  
s eas re  
bonar  
n suer  
issam se  
creat no  
nes, in  
person  
de imm  
nam ri  
unet  
io. La  
uandol  
impes  
nuet  
ndē dō  
t pro  
cum la  
ella fa  
geret  
porcu  
is sanis

Quidam  
derici, vel in quo casu non eximantur à tributis. Et an  
totes per  
uo gaudi  
tradit  
cedis po  
territor  
st: inob  
memor  
xigi fac  
unt inco  
tur can  
n exhib  
t de tal  
el religi  
ubij fo  
minos  
s eas re  
bonar  
n suer  
issam se  
creat no  
nes, in  
person  
de imm  
nam ri  
unet  
io. La  
uandol  
impes  
nuet  
ndē dō  
t pro  
cum la  
ella fa  
geret  
porcu  
is sanis

C A P. X L I.

Q Via huiusmodi sum moris: ut nihil intactum ve-  
lim manere: quod ad materiam de qua cœpi agere  
cogouerum pertinere, ideo finem impositurus huic tri-  
butorum materię nonnulla, quæ supersunt notanda ne-  
cessē est percurram. Quorum nempe primum eſt, ſcilicet  
quod princeps ecclesiasticos, aut religiosos compellere  
non poffit, ad hospites recipiendos, vel ad ſifam foluen-  
dam quæ in cibis emendis imponi ſolet. Nam ecclesiasti-  
ci ab huiusmodi oneribus immunes ſunt. Per ecclesiasti-  
cos aut in hoc caſu intelligim⁹ clericos initiatos ſacris, nā  
rit ut frater Iosephus in ſuis floribus, ſecundum uſum Hi-  
ſpanie contra Metinam Cöplutensem clerici prime tonsu-  
re tantum hac immunitate à tributis nō gaudent, nam  
in capiibus citatis, & capite quanquam de cenſibus in 6,  
ſolum habetur mentio ecclesiasticorum. At vero tantum  
habentes primā tonsuram cum de facto per matrimo-  
nium renuntiare poſſint statui clericali non ſunt proprie-  
ecclesiastici. Igitur in hoc ſtandum eſt uſui.

¶ Inſuper ut ſupra meminimus clerici emētes merces  
non ut illis utantur: ſed negotiādi cauſa illarum vectigal⁹,  
& pedagium, ceteraque tributa quæ à laicis ſolita ſunt  
ſoli ſoluere quoque ipsi tenentur, quia ſic expreſſe sta-  
bilium eſt in cap. quanquam allegato. Tamē quia de hoc  
particulari caſu ſum rogatus, an tales ecclesiastici nego-  
tiates ſtatiu in conſcientia antequā ab eis hæc vectigalia  
exigatur, ea exoluere teneātur. dico, ut credo, tales in con-  
ſcientia, etiam ſi negotiandi cauſa deferant merces, non  
teneri ad hæc vectigalia ſoluenda ante tertiam monitionem,  
qua ſint moniti abſtinere à talibus negotiationibus  
ſecularibus, quia de hoc eſt textus multum notabilis, &  
qui quotidie allegatur cap. ex literis de vita, & honeste cler-  
icorum, ubi glossa ex hac decretali notat quod uſque ad  
tertiam monitionem gaudent clerici hoc priuilegio im-  
munitatis à vectigalibus.

q. 2

¶ Inſuper

Q̄d. 1. ¶ Insuper solitum est & hic dubitari, quo iure ecclesiastici immunes sint à tali solutione tributorum, & nō etigalium an iure diuino, vel humano? & ab hac quæstione citius nos expedimus reiecta opinione Metinæ Compl. lib. Plutensis quam sequitur ubi defendit iure regio, & canonico ecclesiasticos esse à tributis, & vestigalibus cōptos, quia merito exploditur à F. Iosepho in suis floribus quia si ut tradit Metina iure tantum regio exempti esse ecclesiastici à tributis: Papa non posset excommunicare reges, si hæc immunitatis priuilegia revocasset, sicut de facto excommunicat Papa quoscunque principes haemunitatis à tributis priuilegia infringentes. Insuper quia in c. quanquam de censibus. clerici iure diuino immunes à solutione gabellarum esse dicuntur. ¶ Igitur pro applicationi decisione quæstionis dicimus primo cum Soto in 4. sent. quod Papa potuit clericos ab exactiōibus & foro secularium principum liberare, sicut de facto liberavit. Quare negare clericos esse exemptos error est in concilio Constantiensi damnatus, unde constat se clesiasticos esse exemptos à iudicio seculari quo ad personas resque suas & tributa.

Q̄d. 2. ¶ Sed adhuc instat quæstio an iure diuino tales ecclesiastici quoad prædicta sint exempti. Sit igitur secundum dictum iuxta mentem Sotii in negotiis ecclesiasticis, licet in creatione prælatorum, in electionibus ecclesiasticis, & in his quæ spectant ad gubernationem ecclesie per suos ministros, & negotiis ecclesiasticis spiritualibus iure diuino ecclesiastici eximuntur à seculari principiis temporalium potestate.

¶ Ultimo ad yltimam quæstionem directe respondentes cum eodem adjicimus personas ecclesiasticas, resque suas, & bona esse exempta à iudicio seculari, & exactiōibus tributorum, licet non constet tam expresse esse de iure diuino: tamen talis exemptio valde conformis est iuri diuino, quare consentaneum est iure naturali, & dicitur in relect. cit ad hoc textus quanquam de censibus, ita Sotus, & V de potesta etoria. ¶ Non tamen clerici sunt exempti vt bene a te ecclesia Sotus omnino quoad venditionum pretia. Nam si vendunt frumenta sua, vel vina plusquam pragmatica legge

trat: si talis pragmatica extat, planum est neque à deli-  
cto, neque à restituzione super accepti pretij excusari.

Sed iam post prolixam disputationem quid verita-  
tis habeat quod afferit Metina Salmanticensis explicet.  
Qd. 3.  
Mus oportet, Ait enim <sup>c</sup> quod domini temporales in suis  
subditis populis si imponunt grauamina particularia Hi-  
spanice *derramas* nuncupata de nouo; hoc non carere  
grani delicto, tum etiam esse casum cœnæ Domini pro-  
pter quod eos excommunicationem reseruatam papæ, non  
evidere ait, quod videtur durum dictu, neque satis cer-  
tom: nam ex capite vno. 10. quæstio. 3. & cap. cum apo-  
stolis de censibus, videtur colligi, quod si dominus tem-  
poralis vult adire principem pro sua, & suorum subdito-  
rum utilitate, & commode expensas facere non potest, &  
pro alia simili causa potest moderatum grauamen impo-  
nere. Secus si absque causa iusta extorqueret: ut pro ludo,  
& pompis & huiusmodi, vt bene ait Armilla.<sup>d</sup>

Igitur pro expeditione quæstionis dico primum,  
quod dominus temporalis, etiam recognoscens superio-  
rem: si pro sua & subditorum utilitate communis necesse  
habeat aliquid efficere: quod commode sine expensis sibi  
præstis à subditis conficeret, neque id negotijs subire po-  
test, circa culpam erit, si moderatum grauamen imponat,  
dum non est taxatum per legem. Hoc pater quia si hoc  
non licet, sæpe retardaretur bonum cōmune, vel tota-  
liter impeditur, cū sine expensis non possit promoueri.

Secundo dico quando per legem prætaxatum est  
grauamen *de la derrama*, : quod pro similibus reipublicæ  
necessitatibus potest imponi prout legibus Hispaniæ est  
taxatum ne excedat tria millia ( si satis memini ) dipodia:  
huiusmodi taxam sine vrgenti causa transgredi non caret  
culpa, nisi forsitan necessitas boni communis reipubli-  
cæ lic vrgereret, quod periculum esset in mora, si ad regem  
pro impetranda maiori taxa recurreretur.

Tertio dico, quod quando pro casu vrgenti particu-  
lati boni communis reipublicæ semel hoc grauamē der-  
rama nuncupatum imponeretur à curam gerente reipu-  
blice etiam recognoscente superiorum, non ideo taliter <sup>e</sup> *Sylvest.*  
sic imponens excommunicatione cœnæ Domini inuoluere-  
verbo, *Gat.* <sup>f</sup> Tum quia hic abesset culpatum quia bulla cœnæ bellū. §. 16.

Domini non videtur eos comprehendere: qui in casu particulari causa subueniendi recipublicæ necessitati imminenti imponunt talen grauamen collectæ specialis derramæ. Sed si qui sine causa, vel in omne tempus, in casum imponunt tale grauamen, vel sub nomine collectæ generalis, vel derramæ volentes fraudare legem gabellam, vel tributum imponant, tales casu excommunicationis pœnæ Domini irretiuntur: & in his vides habere locum prædicta sententia. Metinæ assérerant, ponentes nouas collectas derramas ab ipso inibi nuncupatas casu excommunicationis cœnæ Domini implican-

Q[uod] 4. ¶ Demum quæstio, quæ in Iudiciorum regionibus resiliata est & scitu digna est hæc, scilicet an postquam aliqui negotiatores intere venditionis, & emptionis tractum si ab ipso contractu retrocedant, possit exacte exigere ex tali initio contractu sibi proueniens vectigal, & similiter si facta fuit venditio ad creditum post statim recuperare vectigalis premium. Et quidem haec nullum repererim doctorem de hoc ex presæ docentem tamen existimo dicendum primo: Quod si inter negotiantes taliter fuit initus contractus, quod nec merci vendita, fuit emptori tradita, neque premium ab emptore solutum fuit: tunc si ambo à contractu incepti filiant: exactor non potest inde vectigal exigere, quia lex de vectigalibus exigendis ad consummatam venditionem tantum cum sit odiosa videtur restringenda.

¶ Secundo dico, quod in casu quo res vendita est ad creditum, & res tradita semel est, quia iam ex parte vendentis videtur consummata venditio, quia iam periculum mercis, nisi aliter conueniat inter contrahentes manet apud emptorem: poterit exactor suum inde exigere vectigal statim, nisi aliud sit alicubi in usu.

¶ Tertio dico, quod ubi contractus venditionis inter contrahentes taliter est initus, quod emptor iam tradidit arram in partem pretij: si postea emptor velit à contractu recedere, quia iam à tali contractu recedere non licet, quia cum pars pretij sit soluta: res iam non est in usu. f. I. unica. gra f. innitendo iuristæ que huic iuridicæ ratione, cap. quando exactor poterit inde sibi obueniens vectigal exigere: ad empt. aliud sit in usu receptum.

¶ Quatuor

¶ Quando vero in initio venditionis contractu arra & g. Ut stipula data est nomine arrae, & non nomine pagamenti: quia ilatio ita le qui dedit perdit arram: si per eum stat: quod contra arra datus non sequatur, & quia, si per eum qui recepit stat, quo minus compleatur contractus, tenetur talis receptor arrae dari obli in duplum eam restituere, instituta de emptione & venditione. §. in his: ideo non claret secundum ius, quod gratia. Cas si in hoc casu recedatur a contractu exactor vestigialis in l. §. Plin. li. 33. sive Varro li. 5. de lin vel sic ius interpretata fuerit, quod in hoc casu possit ve- gua Lat. sigal exigi licet a contractu tali fiat recessus.

¶ Ultimo sciscitari si aliquis velit, an si conducens gallas, & huiusmodi propter bella superuenientia remissionem mereatur accipere pensionis a se soluendae pro conductione, videat circa hanc questionem resolutionem Sylvestri gabella. 3. §. 13. ubi sic concludit quod si conductor fuit in culpa talis belli, vel incursum hostium: unde fuit impeditur ab exactione gabellarum, sibi imputetur, non fieri ei remissio, sicut neque etiam propter bellum fieri ei pensionis remissio, quando tempore rei conducta suberat belli metus, & timor iustus erat in loco, in quo res sita erat: quia sibi imputet quia sciens qualita- tem rei, aut temporis sic conduxit.

¶ Sed licet secundum Sylvestrum sic sit diffiniendum secundum rigorem iuris: tamen loquendo ex aequitate quia si fortuna stante tali dispositione qualitatis rei, aut temporis calamitosi non tam iustum fuisse videtur tan- tum premium locationis, videtur debeat fieri aliqua re- missio mercedis.

¶ Si autem tempore conductionis gabellarum non sube- h. Merce- riat guerra: tunc superueniente guerra, & iusto timore diis fit re- hostilitatis, debet fieri remissio mercedis, ut id exprimit missio dam. textus clarus in l. ex condicto. §. si h. vis ibi incursum ho- num est in sti. & in l. si fundus §. finali ff. locati. ita Baldus. Et quia curabile in in omni locatione propter sterilitatem etiam fit remis- fondo ret- sio aliqua mercedis. Imo in emphyteusi ubi non fit re- fructibus missio propter sterilitatem: sed propter rei totius, aut antequam maioris partis eius deperditionem, dicitur communiter separantur quod emphyteuta si est impeditus bello, meretur pen- a solo. fionis

sionibus remissionem, nisi quando soluit aliquid minimum in recognitionem domini, ergo multo magis conductor gabellarum impeditus bello, ab earum exactione meretur aliquam remissionem peccatoris à se soluendaz  
i Syluest. sed de his satis, vide Syluest.<sup>i</sup>

verb. gabel

la. 3. q. 28. ¶ De falsarijs, & in quibus casibus teneantur ad restitutionem  
& an miscentes ligaturas scilicet argentarij & glebulas ut  
tico miscentes aut curtantes mensuras teneantur restituere.

## C A P. XLII.

Instituti nostri non immemores, quoniam omnes iudices restitutionis & furti rimamur: ideo de peccatis falsariorum secum inducentibus noxam restitutions dicere paramus.

a sum. lat. Et primo queritur an omnis falsator nummorum  
c. 17. num. restituere teneatur, cui questioni satisfacit Nauat.<sup>a</sup> per  
167. distinctionē dicens, scilicet quod qui nummos in substantia & pondere falsificat, aut qui taliter falsificatis sciens tales esse, vtritur, reus sit restitutionis, quia damnum con-

b. l. Paulus ro<sup>b</sup>, aut quando falsitas contingit circa pondus, mino-  
ff. de solut. rem nummum pro maiori cedendo.<sup>c</sup>

c. l. i. ff. ae. Si autem solum falsificat formam nummorum contra-  
dendo eos sine potestate id faciebat, aut imprimendo cha-  
empt. racterem, aut formam alienam absque consensu eius ca-  
d l. sine no ius erat<sup>d</sup> nō tenetur restituere, quia licet primis duobus  
mine. & l. modis defraudando in substantia, & pondere dampnum  
qui nemini intulerit proximo: sed falsificator formę isto ultimo mo-  
ne ff. ad le do proximo damnum non infert, inquit Nauarrus: &  
gem. Corn. ita est si, vt ipse fatetur, nulla sequitur ex mutatione for-  
de fas. mae illatio damni, sed credo posse contingere easum vbi  
mutatio solius formae tale damnum ac per consequens  
reatum restitutionis possit inducere, quia nummus cum  
falsa forma deprehensus, aut iacturæ periculo subiaceat,  
aut eius possessorem, nisi authorem falsitatis exhibeat in  
discrimine ponit, aut certe si sic forma falsa cusus, ad  
aliud territorium transportandus sit, ibi forte si aliquid valoris  
habebit, non tam extimabitur ac si foret forma vera  
excusus: